

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7516

**Auteur(s) :** Nicolas Pulleis [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Évreux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1205

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Accord relatif à la grange de Quittebeuf (conclu entre le chapitre d'Évreux et Nicolas Pulleis).

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Études sur la condition de la classe agricole et l'état de l'agriculture en Normandie au Moyen Âge*, Évreux, Hérissey, 1851, p. 312, n. 75.

Texte établi d'après a

Hec est concordia facta inter capitulum Ebroicense et Nicholaum Pulleis, super querellis (sic) que vertebantur inter eos: Nicholaus quidem inveniet granchiam rationabilem et sufficientem ad reponendas et servandas decimas de Witeboe, in terra sua ante ecclesiam, ubi granchia esse solet, ita quod canonici nullum dampnum habebunt propter effectum granchie nec alio modo per Nicholaum. Granchia vero talis erit, quod quadrigi honerate jarbie poterunt in eam intrare. Ipse quidem Nicholaus pro hospitacio suo habebit foragium et paleam granchie, ita tamen quod equi et homines constituti ad traendas (sic) decimas et servandas, id est ad operandum in decimis, habebunt de foragio quantum necesse fuerit ad usum suum. Nicholaus vero habebit vanuaturas legitimas et rationabiles, sicut solent et debent fieri in aliis granchiis. Bladum vero ita vannabitur sicut solet vannari in aliis granchiis et redi. Idem eciam Nicholaus habebit unum de tractibus decimarum ad redicimam, ita quod equus ejus bonus sit et sufficiens, et habebit unum sextarium arene in autunpno (sic) pro omnibus prebendis. Nicholaus eciam ponet tractorem bonum et convenientem, cum assensu capituli qui juravit (sic) capitulo fidelitatem. Hec ita habebit dictus Nicholaus quod ipse nichil aliud omnino preter predicta poterit petere vel habere in granchia vel in decimis centra voluntatem capituli. Canonici autem habebunt clavem et custodiam granchie quamdiu bladum vel jarbe fuerint in granchia, et, si voluerint, poterunt facere clausuram vel barram ante granchiam propter bestias. Pro hao autem pactione fideliter tenenda et garantizanda, dedit capitulum eidem Nicholao centum solidos turonensem. Ego igitur Nicholaus, tactis sacrosanctis evangelii, juravi quod dictam pactionem inviolabiliter et bona fide observabo et garantizabo. Et ut hec conventio rata et inconcussa maneat, presenti scripto sigillum meum apposui. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo cccmo quinto.